

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Disputatio Inauguralis Medica De Ictero**

**Camerarius, Elias Rudolf  
Mögling, Johann Burckhard**

**Tubingae, 1679**

II.

[urn:nbn:de:bsz:31-42086](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-42086)



Σύγγραφον.

T H E S I S I.

**R**ari cum pluribus affectibus p. n. usus fortunâ Icterus vocatur ab analogia cum re quapiam externa, vel *ἰκτὴρ τῆς ἰκτιρίας*, Lat. Galgulo ave, quæ Autore *Plinio H. N. l. 30. c. 11.* ejusdem est cum Ictericæ coloris, visaque sanat icterum, ipsa moritur, vel à viverra, seu mustela sylvestri, quæ Græc. dicitur *ἰκτίς*, & auricolores habet oculos; vel *ἰκτὴρ τῆς ἰκτιρίας* milvò, ob similem oculorum colorem; vel à gemma, quæ Ictero medetur, & *Plinio l. c. l. 37. cap. 10.* Icterias audit. Aliàs vocatur quoque Aurigo, Auriginosa perfusio, Morbus Regius, Arquatus, quorum explicationes ubivis obvix, Germ. *Gelbsucht/ Gallsucht/* quasi *Gallsucht*; Ab Aliis hoc nomen etiam tribuitur Erysipelati, quod Ictertia rubra, Chlorosi, quæ Icterus albus dicitur, & vitiligini.

II. Ad Pragmatologiam accedens *Icterus*, qui præsentis erit tractationis, definitio, quod sit *Symptoma qualitatis mutatae, quò habitus corporis flavo, obscure viridescenti aut nigro colore inficitur, à vitiosi p. n. humoris ejusdem coloris in cutem effusione dependens, & variis stipatum molestiis.*

III. *Subjectum* quidem non solum est habitus corporis, sed partes quæcunque, ad quas sanguis alluit, hinc album oculorum potissimum affici, vilus; carnem, membranas, pinguedinem, fauces, gulam, ventriculum, intestina, pericardium, hepar, cerebrum, quod in specie dicit *Helmont. Schol. Humor. Pass. decept. c. 4, §. 16.* aliàsque partes, sanguinem, lympham, lacrymas nonnunquam etiam flavere, imò matrem Ictericam similem foetum, sanguine & ossibus hujus tinctis, edidisse varix Medicorum testantur Observaciones; quò jure ergò ictericum colorem